

Quae apud veteres de piscibus electricis exstant argumenta : dissertatio inauguralis ... / publice defendet auctor Aemilius du Bois ; opponentibus G. Techow, E. Bruecke, J. Meyer.

Contributors

Du Bois-Reymond, Emil, 1818-1896.
Royal College of Surgeons of England

Publication/Creation

Berolini : Typis Nietackianis, [1843]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/dpmzdwt7>

Provider

Royal College of Surgeons

License and attribution

This material has been provided by The Royal College of Surgeons of England. The original may be consulted at The Royal College of Surgeons of England. where the originals may be consulted. This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

(20) *g. sp. 10*

QUAE APUD VETERES DE PISCI-
BUS ELECTRICIS EXSTANT
ARGUMENTA.

DISSERTATIO
INAUGURALIS
QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE
GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS

IN
ALMA LITERARUM UNIVERSITATE
FRIDERICA GUILELMA
UT SUMMI

IN MEDICINA ET CHIRURGIA HONORES

RITE SIBI CONCEDANTUR
DIE XI. M. FEBRUARII A. MDCCCXLIII.

H. L. Q. S.
PUBLICÉ DEFENDET

AUCTOR
AEMILIUS DU BOIS
BEROLINENSIS.

Cah

OPPONENTIBUS:

G. TECHOW, Subcenturione reg.
E. BRUECKE, med. et chir. Dr.
J. MEYER, med. et chir. Cand.

BEROLINI,
TYPIS NIETACKIANIS.

Digitized by the Internet Archive
in 2016

<https://archive.org/details/b22373676>

PRO O E M I U M.

Opera atque labore multifario in electricitate animali, quam tot tenebrae, totque luxuriantis ingenii deliramenta obruunt, consumto, primum in animo mihi erat aliquam disquisitionis susceptae partem in dissertatione inaugurali publici juris facere. Cum vero materiei novitas a linguae latinae genio plane abhorreat, nimia operis difficultate deterritus, historiam potius literarum, quatenus apud veteres de piscibus agunt electricis, dissertatione hac mea persequi, disquisitionem autem integrum in duas partes divisam et de flumine galvanico ranae proprio deque piscibus electricis inscriptam, quarum summam breviter in Annalibus Poggendorffianis (Vol. LVIII. I. p. 1. 1843) communicatam invenies, mox lingua vernacula in lucem edere decrevi.

§. I.

Pisces electrici frequenter occurrunt tum in maris mediterranei, tum in continentis antiqui, tum in continentis novi oris, quae Oceano vasto alluuntur. Incolunt Indiae mare atque Persiae sinum, incolunt flumina Africæ majora, incolunt amnes ingentes lacusque mediterraneos Americae australis, qua quidem in regione tanta existant copia, ut praeclarus de Humboldt nullum alium pisces eorum, qui flumina occupant, frequentiorem esse enarret (1). Itaque ab antiquissimis temporibus, quibus homines litora illa fertilitate coelique serenitate laetissima incolentes vitam piscatu degebant, pisces electricos notos fuisse concludendum. Igitur mirum revera videtur, quamvis non solum *Malapterurus electricus* in Nilo flumine nostris temporibus saepius reperiatur, sed etiam, ut infra demonstrabimus, antiquitas posterior ejus jam mentionem faciat, neque apud Aegyptos in scripturis eorum hieroglyphicis, neque apud Graecos, in mythologia eorum ex Aegypto profecta, ulla hujus piscis subesse vestigia. Prima potius quae ad virtutem piscium illorum mirificam pertinent non, ut in phaenomeno tali mentes vulgi feriente fieri solet, fabulosi temporis caligine obiecta inventimus, sed ex observatione fabularum integumento plane denudata, atque ex usu quotidiano ac pervulgari initium trahentia, tempore demum posteriori in superstitionibus magicis beneficiisque inanibus recipiebantur. Atque revera dum in synopsi hac historica primum de usu pi-

(1) Recueil d'observations de Zoologie et d'Anatomie comparée. p. 58. „Il existe peu de poissons d'eau douce qui soient aussi nombreux que les Gymnotes électriques.“

scium illorum diaetetico apud Hippocratem nobis disserendum erit, tres poëtae, qui festivo ac perurbano poëmate non impari sane concinnitate atque elegantia canunt, finem demum libelli nostri coronabunt.

§. II.

Omnium nimirum veterum auctorum, quorum opera adhuc exstant, Hippocrates, praestantissimus ille artis medicae parens, primus de Torpedine disseruit, quamvis de usu ejus tantum alimentario ac diaetetico in morbis nonnullis conspicuo loquatur.

Hoc enim praescriptum cap. XIII libri sui de internis affectionibus invenimus, quo de tabis genere, quod statuit, tertio, cui spinalis catarrhi nomen tribuit, ejusque curatione verba facit (Hippocratis op. omn. cur. Steph. Mack. Vienn. 1749. Fol. Tom. II. p. 341):

„Ἐπειτα διαλιπὼν ὀλίγον χρόνον, ἀριστάτῳ ἀρτοῖ, καὶ ὄψον ἔχέτω, τέμαχος νάρκης, ἢ ρίνης, ἢ γαλεοῦ, ἢ βατίδος“

et paullo post:

„. καὶ ὄψον ἔχέτω σελάχια Ἔσθιέτω δὲ νάρκην, καὶ ρίνην, καὶ βατίδα, καὶ γαλεὸν, καὶ τρυγόνα, καὶ βατράχους“

Eodem modo cap. XXV ejusdem libri, quo de hydropericardio phlegmonae oedematosae succendentis curatione agit Hippocrates, l. c. p. 355:

„. ἵχθνι δὲ γαλεῷ καὶ νάρκῃ χρεέσθω ὄπτοισιν“

Postremo ejusdem libri cap. XXIX, quo de morbi hepatici ab atra bile, seu hepatitis inflammationis scirrhosa curatione tractat, l. c. p. 360:

„Οψον δὲ ἐχέτω, κρέα σκυλακίου ἐφθὰ, ἢ πελειάδος, ἢ ἀλεκτορίδος νεοσσοῦ, γρεεσθω δὲ ἐφθοῖσι πᾶσιν ἡθύνων δὲ, γαλεῷ, νάρκη, τρυγόνι τε, καὶ βατίσι τῆσι μικρῆσι, πᾶσιν ἐφθοῖσιν.“

E praegressis igitur intelligi liceat, Hippocratem Torpedinem, quam piscibus cartilaginea tantum spina instructis adnumerandam esse praeclare censet, in casibus iis, in quibus caro concoctu facilis indicata erat, ut in convalescentiae stadio inque morbis phthisicis adhibuisse; ac mirum revera videtur, in scriptis medici illius divini vim Torpedinis electricam, ne dicam usum ejus therapeuticum, quem insectatores, Scribonius Largus, Dioscorides, Galenus, tot laudibus efferunt, nusquam inveniri.

§. III.

Ast vero virtutem hujus animalis, torporem dolorificum manibus contrectantium inducendi, hoc tempore optime jam cognitam fuisse, non solum e nomine, quod ei tribuit Hippocrates, νάρκης, sed etiam e philosophi illius disertissimi verbis hisce sat clare elucet (Platonis Dial. Meno, sive de virtute. Ed. Godofredus Stallbaum. Lips. 1827. p. 53):

MEN. „..... καὶ δοκεῖς μοι παντελῶς, εἰ δεῖ τι καὶ σκῶψαι, ὁμοιότατος εἶναι τό τε εἶδος καὶ τὰλλα ταίτη τῇ πλατείᾳ νάρκη τῇ Θαλαττίᾳ. καὶ γὰρ αὗτη τὸν ἀεὶ πλησιάζοντα καὶ ἀπτόμενον ναρκᾶν ποιεῖ καὶ σὺ δοκεῖς μοι τὸν ἔμε τοιοῦτόν τι πεποιηκέντα, ναρκᾶν. ἀληθῶς γὰρ ἔγωγε καὶ τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα ναρκῶ, κ. τ. λ.“

(p. 55) ΣΩ. „..... ἐγὼ δὲ, εἰ μὲν ἡ νάρκη αὗτὴ ναρκῶσα οὔτω καὶ τὸν ἄλλους ποιεῖ ναρκᾶν, ἔστιν αὐτῇ εἰ

δὲ μή, οὐ. οὐ γὰρ εὐπορῶν αὐτὸς τὸν ἄλλον ποιῶ ἀπορεῖν,
ἄλλα πάντος μᾶλλον αὐτὸς ἀπορῶν οὗτοι καὶ τὸν ἄλλον
ποιῶ ἀπορεῖν.“

§. IV.

Jam vero cognitionem Torpedinis admodum accuratam sagacissimus antiquitatis philosophus ac indefensus naturae perscrutator, Stagyrites ille, nobis praebet; admirationeque etiam majori afficimur, finem virtutis illius electricae (alios nimirum pisces, quos devoret, ictu subito sopiendi) teleologicum, a viro illo celeberrimo jam-jam indicatum fuisse, quem quidem finem duobus annorum millibus praeterlapsis, praeclarissimus de Réaumur nondum cognovit, dicens (Hist. de l'Acad. royale des sciences. Année 1714. Paris 1717. p. 21. 22. Confer p. 358): »Il n'est pas trop aisé de conjecturer à quel usage est destinée cette vertu du tremble. S'il engourdit les petits poissons qui le touchent, et les prend, ne pouvait-il pas les prendre également bien sans cela! Il a la même vitesse que mille autres poissons qui savent bien attraper les petits sans les engourdir. Les causes finales sont d'ordinaire plus faciles à trouver que les physiques, ou mécaniques, et ici c'est le contraire. Il faut toujours ignorer quelque chose.«

Quae autem Aristoteles de Torpedinis forma, generatione, moribus, virtuteque tam miranda in medium protulit, e variis scriptorum suorum de animalibus, eorumque partibus, locis ita conferamus, ut cognitionis, qua gaudebat, piscis nostri locupletissimae imaginem dilucidissimam lectori benevolo praebeamus.

I. De Torpedinis in systemate animalium
collocatione.

(Histor. animal. ex recens. Imm. Bekker. Berol. 1829. L. V. c. V. p. 116): „σελάχη δ' ἐστὶ τὰ τε εἰρημένα καὶ βοῦς καὶ λάμια καὶ ἀετὸς καὶ νάρκη καὶ βάτραχος καὶ πάντα τὰ γαλεώδη.“

II. De forma ejus externa.

(L. c. L. II. c. XIII. p. 41): „καὶ τὰ μὲν ἔχοντα παλύματα πάντα ἐκ πλαγίου ἔχει τὰ βράγχια, τῶν δὲ σελαχῶν τὰ μὲν πλατέα, κάτω ἐν τοῖς ὑπτίοις, οἷον νάρκη καὶ βάτος, τὰ δὲ προμήκη ἐν τοῖς πλαγίοις, οἷον πάντα τὰ γαλεώδη.“

(De part. animal. ex recens. Imm. Bekker. Berol. 1829. L. IV. c. XIII. p. 124): „ταύτην (sc. οὐρὰν) δούχη ὁμοίαν ἔχουσι πάντες, ἄλλὰ τὰ μὲν παραπλησίαν, τῶν δὲ πλατέων ἔνια ἀκανθώδη καὶ μακράν ἡ ἐκεῖθεν γὰρ αὐξησίς γίνεται εἰς τὸ πλάτος, οἶνον ἐστι νάρκαις καὶ τρυγόσι καὶ εἴ τι τοιοῦτον ἄλλο σελαχός ἐστιν. τῶν μὲν οὖν τοιούτων ἀκανθώδες καὶ μακρὸν τὸ οὐραῖόν ἐστιν, ἐνίσιν δὲ σαρκώδες μὲν βραχὺ δὲ, διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν δι' ἥπερ ταῖς νάρκαις διαφέρει γὰρ οὐδὲν, ἡ βραχὺ μὲν σαρκωδέστερον δὲ, ἡ μακρὸν μὲν ἀσαρκότερον δὲ εἶναι.“

(L. c. p. 126): „ἡ δὲ νάρκη καὶ ὁ βάτραχος τὰ ἐν τῷ πρανεῖ κάτω διὰ τὸ πλάτος τῶν ἄνω, τὰ δὲ ἐν τοῖς ὑπτίοις πρὸς τῇ κεφαλῇ οὐ γὰρ κωλύει κινεῖσθαι τὸ πλάτος, ἄλλ' ἀντὶ τοῦ ἄνω ἐλάττω ταῦτα τῶν ἐν τῷ πρανεῖ ἔχει. ἡ δὲ νάρκη πρὸς τῇ οὐρᾷ ἔχει τὰ δύο πτερύγια· ἀντὶ δὲ τῶν δύο τῷ πλάτει χρῆται ὡς δυσὶ πτερυγίοις ἐκατέρῳ τῷ ἴμικυκλίῳ.

III. Jam ad partium internarum nonnullarum accedamus descriptionem, quam Hist. animal. L. II.

c. XVI. ex recens. Bekker. p. 44 invenimus: „οἱ δὲ ὄρνιθες καὶ οἱ ἰχθύες πάντες ἔχουσι (sc. γολὴν), καὶ τὰ ώστόκα καὶ τετράποδα, καὶ ως ἐπίπαι τοῖς ἔπειται ἢ πλείω ἢ ἐλάττω. ἀλλ’ οἱ μὲν πρὸς τῷ ἵπατι τῶν ἰχθύων, οἷον οἵ τε γαλεώδεις καὶ γλάνις καὶ φίνη καὶ λειόβατος καὶ νάρκη καὶ τῶν μακρῶν ἐγχέλυς καὶ βελόνη καὶ ζύγαινα.“

IV. De generatione autem Torpedinis ita verba facit:

(L. c. L. VI. c. X. p. 165) „οἱ μὲν οὖν ἄλλοι γαλεοῖ καὶ ἔξαφιᾶσι καὶ δέχονται εἰς ἑαυτοὺς τοὺς νεοττούς, καὶ αἱ φίναι καὶ αἱ νάρκαι (ἡδη δὲ ὥφθη νάρκη μεγάλη περὶ ὄγδοήκοντα ἔχουσα ἐν ἑαυτῇ ἐμβρυα),“

(L. c. L. V. c. XII. p. 121): „. . . . μετοπώρον δόλιγοι (sc. ἰχθύες τίκτουσι), οἷον σάλπη καὶ σάργος καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα μικρὸν πρὸ τῆς φθινοπωρινῆς, καὶ νάρκη καὶ φίνη.

(L. c. L. VI. c. X. p. 166): „αἱ δὲ νάρκαι (sc. τίκτουσι) περὶ τὸ φθινόπωρον.“

V. Denique ea, quae de virtute Torpedinis electrica legit Stagyrites, integra tradamus.

(L. c. L. IX. c. XXXVII. p. 278): „τὰ τε γὰρ θρυλούμενα περὶ τὸν βάτραχον τὸν ἀλιέα καλούμενόν ἐστιν ἀληθῆ, καὶ τὰ περὶ τὴν νάρκην. ἡ τε νάρκη ναρκᾶν ποιοῦσα ὡν ἀν κρατήσειν μέλλη ἰχθύων, τῷ τρόπῳ δὲ ἔχει ἐν τῷ στόματι λαμβάνοντα, τρέφεται τούτοις, κατακρύπτεται δὲ εἰς τὴν ἀμμον καὶ πηλόν, λαμβάνει δὲ τὰς ἐπινέοντα, ὅσα ἀν ναρκῆσῃ ἐπιφερόμενα τῶν ἰχθύων καὶ τούτον αὐτόπται γεγένηνται τινες. ἡ δὲ νάρκη φανερά ἐστι καὶ τοὺς ἀνθρώπους ποιοῦσα ναρκᾶν.

Ultimo hoc ex argumento satis manifestum est, Aristoteli vim Torpedinis per aquam, in distans

agentem, quae recentioribus temporibus sagacissimos naturae perscrutatores diu latuit, jam optime cognitam fuisse, id quod mirum certe videretur, nisi observandi opportunitatem commodam atque idoneam Graecis praebitam fuisse animo contemplaremur.

§. V.

Neque Heron Alexandrinus, non solum omnium qui de rebus physicis et mechanicis in antiquitate scripsierunt longe peritissimus, atque fontis, cui nomen ejus tributum, salientis inventor ingeniosissimus, sed etiam machinarum vaporiarum primus fortasse auctor nominandus, miram Torpedinis virtutem in scriptis suis sagacissimis silentio plane praeteriit. Qui quidem, ut omnia corpora penetrabilia, id est, poris vacuis instruta esse probet, quemadmodum aqua radiis solaribus, alia corpora caliditate penetrantur, hisce verbis, quae graeco sermone expressa, proh dolor! parare mihi non potui, vim Torpedinis stupefacentem affert (Heronis Alexandrini Spiritalium liber a Fed. Commandino Urbinate ex gr. in lat. conv. Paris. 1583. pag. 21): »Sed et per aes, per ferrum, et per alia corpora omnia penetratio fit, quemadmodum et quod in torpedine marina contingit.« Memoratu dignum videtur Stephanum Lorenzini Florentinum octodecim saeculis post idem phaenomenon idcirco negasse, quod ex iis, quae Franciscus Redi, praceptor dilectissimus, de organorum electricorum, musculi falcati ab illo nominatorum, fabrica confabulatus est, tale quid fieri haud intelligere poterit.

§. VI.

Ordinem insequentes chronologicum nunc ad Italiam nos convertamus, quae saeculis recentioribus permultis perpetuisque de piscibus electricis disquisitionibus inclarescere debebat. Primus autem scriptorum Romanorum *Torpedinis* mentionem facit M. Tullius Cicero libro suo de natura Deorum (ed. Creuzer Lips. 1818. L. II. c. L. p. 420), dicens: »Jam illa cernimus, ut contra metum et vim suis se armis quaeque defendat. Cornibus tauri, apri dentibus, morsu leones; aliae fuga se, aliae occultatione tutantur: atramenti effusione sepiae, torpore *Torpedines*. multae etiam insectantes odoris intolerabili foeditate depellunt.«

§. VII.

Torpedinem in mensis quoque Romanorum, dampum luxuria palatique illecebris subtilium, cibum fuisse delicatiorem, ex Apicci, cupedis antiquitatis famosi, hisce intelliges praeceptis coquinariis (Apic. Cael. de opsoniis et condimentis L. X. Tiguri 1542. L. IX. c. II. p. 37): »In *Torpedine*. Teritur piper, ruta, cepholla arida: mel, liquamen, passum, vinum modice, olei boni guttas: cum bullire cooperit, amylo obliges.

In *Torpedine* elixa. Piper, ligusticum, petroselinum, mentham, origanum, ovi medium, mel, liquamen, passum, vinum, oleum. Si voles, adde sinape, acetum. Si calidum volueris, uvam passam addes.«

§. VIII.

Quum, intempestiva ventriculi delicioris luxuria et inexplibili gulae profundae cupidine de die in diem magis magisque increscente, morborum caterva, et ante omnia intolerabilis arthritidis cruciatus irruissent, inter remedia tot varia totque composita *Torpedo* quoque in auxilium vocatur. Romanorum autem primum, qui de virtute illa therapeutica *Torpedinis* deque applicatio-
nis methodo verba facit, *Scribonium Largum De-
signatianum*, qui Claudio imperatore archiatrus flo-
ruit, nunc producamus.

(*Scribon. Larg.* comp. medic. Jo. Rhodius rec. Patav. 1655. C. I. Ad capitis dolorem. Comp. XI. pag. 23): »Capitis dolorem quemvis veterem et intolerabilem protinus tollit, et in perpetuum remediat *Torpedo* viva nigra, imposta eo loco qui in dolore est, donec desinat dolor, et obstupescat ea pars: quod quum primum sen-
serit, removeatur remedium, ne sensus auferatur ejus par-
tis. Plures autem parandae sunt ejus generis *Torpe-
dines*: quia nonnunquam vix ad duas tresve respondet
curatio, id est torpor: quod signum est remediationis.«

(L. c. C. XLI. Ad Podagram. comp. CLXII. pag. 88): »Ad utramque libet podagram *Torpedinem* ni-
gram vivam, quum accesserit dolor, subjicere pedibus oportet, stantibus in litore non sicco, sed quod al-
luit mare, donec sentiat torpere pedem totum et ti-
biam usque ad genua. Hoc et in praesenti tollit dolo-
rem, et in futurum remediat. Hoc Anthero Tiberii
libertus supra haereditates remediatus est.«

Ecce prima certe ac vetustissima Therapeuticae illius electricae vestigia, quae post tot saecula, totque, ut ita dicam, opinionum fluctuationes, gravissimo illo Faradayi detecto recentissimis temporibus novum rursus accepisse videmus incrementum! — Nonne ex epitheto, quem Torpedini addit nigrae, jam Scribonio species hujus piscis alias quoque notas fuisse conjicere liceat?

(L. c. C. XXIII. Antidotos Hiera etc. comp. XCIX. p. 61): »Dare autem his (sc. qui ex longo intervallo accessionibus capitis doloris vexantur) oportet secundum purgationem (bis enim aut ter spumosa et glutinosa dejiciunt) ptisanae cremorem, olera lenia ex urtica, et lapatho, malva facta, Torpedine interdum admixta et cum exiguo pane, aquamque potui.«

§. IX.

Qui Graeciam Latiumque unum in volumen conclusse a nonnullis dicitur, C. Plinius Secundus, diligentissimus ille ac utilissimus rerum naturalium collector, quamvis continuam piscis nostri descriptionem non praebeat, tamen permultis, quae in scriptis ejus inveniuntur, locis, omnia, quae apud antiquiores auctores hac de re exstabant monumenta, plane cumulateque sua amplexum fuisse cognitione, luculenter demonstratur. Etenim non solum de virtute Torpedinis diaetetica, electrica, therapeutica, sed etiam, quod novum nunc demum exstat momentum, de vi ejus magica disserit. Jam eodem modo quo in Aristotelis de hac re argumentis lectori benevolo tradendis usi sumus, procedamus.

(C. Plinii Sec. Histor. natural. L. XXXVII. Ex recens. Joann. Harduini Ed. Bipontina 1783).

I. De Torpedinis in systemate animalium collocatione.

(L. c. Vol. II. p. 153. L. IX. c. XL): »Planorum piscium alterum est genus, quod pro spina cartilaginem habet, ut raja, pastinacae, squatinae, **Torpedo**: et quos bovis, lamiae, aquilae, ranae nominibus Graeci appellant. Quo in numero sunt squali quoque, quamvis non plani. Haec graece in universum *σελάχη* appellavit Aristoteles primus, hoc nomine eis imposito: nos distinguere non possumus, nisi cartilaginea appellare libeat (1).«

II. De ejus generatione.

(L. c.): »Et cum ceteri pisces ova pariunt, hoc genus solum, ut ea, quae cete appellant, animal parit, excepta quam ranam vocant.«

(L. c. p. 178. c. LXXV): »**Torpedo** octogenos foetus habens invenitur (2): eaque intro se parit ova praemollia, in alium locum uteri transferens, atque ibi excludens.«

(L. c. p. 177. c. LXXIV): »Salpae autumno: sargi, **Torpedo**, squali, circa aequinoctium« (sc. pariunt).

III. De virtute Torpedinis stupefaciente.

(L. c. p. 172. c. LXVI): »Quo magis miror, quosdam existimasse, aquatilibus nullum inesse sensum. Novit **Torpedo** vim suam, ipsa non torpens; mersaque in limno, se occultat, piscium qui securi supernatantes obstupuere, corripiens.«

(1) Conf. L. c. Vol. V. p. 169. L. XXXII. c. LIII.

(2) Conf. supra p. 9.

(L. c. Vol. V. p. 131. L. XXXII. c. II): »Quin et sine hoc exemplo per se satis esset ex eodem mari Torpedo: etiam procul, et e longinquo, vel si hasta virgave attingatur, quamvis praevalidos lacertos torpescere, quamlibet ad cursum velocias alligari pedes. Quod si necesse habemus fateri hoc exemplo esse vim aliquam, quae odore tantum et quadam aura sui corporis afficiat membra, quid non de remediorum omnium momentis sperandum est?«

IV. De Torpedine in beneficiis commode adhibenda.

(L. c. p. 164. c. XLVI): »Mirum et quod de Torpedine invenio: si capiatur, cum luna in libra sit, triduoque asservetur sub dio, faciles partus facere postea, quoties inferetur.

(L. c. p. 165. c. XLVII): »Psilothrum est Torpedinis cerebrum cum alumine illito sexta Luna.«

(L. c. p. 166. c. L): »Venerem inhibet fel Torpedinis vivae genitalibus illitum.«

V. Atqui de usu Torpedinis alimentario ac therapeutico his denique verbis disserit Plinius.

(L. c. Vol. II. p. 172. L. IX. c. LXVII): »Hujus (sc. Torpedinis) jecori teneritas nulla praefertur.«

(L. c. Vol. V. p. 154. L. XXXII. c. XXXI), »Album emollit silurus e jure, et Torpedo in cibo.«

(L. c. p. 157. c. XXXIII): »Torpedo apposita procidentis interanei morbum ibi coërcet.«

Propositionem hanc ultimam accuratius indaganti levius fortasse dubitatio subveniet, num hic Torpedinis usus therapeuticus salutem aegrotis talibus revera attulerit. Sin vero animo volvamus, Torpedinem ad dolores capitum,

id est, ad nervorum sensitivorum hyperesthesiae frenandas jam diu summo cum emolumento adhibitam fuisse, si porro nostris temporibus tum electricitate cum strychnino, periculosissimo contractionis muscularis incitamento, ad muscularum tonum restituendum utamur, haec electricitatis animalis in anum prolapsum applicatio salutaris non solum non dubitanda sed etiam digna est, quam nos quoque experiamur.

§. X.

Quem quidem effectum salubrem ad anum prolapsum restituendum nec non ad dolores capitis tollendos a Pedanio quoque Dioscoride Anazarbeo, celeberrimo antiquitatis medico, libro suo *περὶ ὑλῆς ιατρικῆς* afferti videmus, ubi eodem fere modo de Torpedine tractat quo pharmacopoea nostra de hirudinibus medicinalibus.

(*Ped. Dioscorides de medicin. mater. Libri VIII.*
Paris. ap. Petr. Haultin. 1549. L. II. c. XVII. *περὶ Νάρκης*. p. 73) „Νάρκη θαλασσία ἐπιτεθεῖσα ἐπὶ χρονίων ἀλγημάτων τὴν περὶ κεφαλὴν, προύνει τὸ σφοδρὸν τοῦ ἀλγήματος καὶ ἔδραν δὲ ἐκτρεπομένην ἢ προσπίπτουσαν, στέλλει προσεθεῖσα.“

§. XI.

Ad Graecos nunc conversi Plutarchum invenimus, qui, etsi naturae scrutator haberi non contendat, pleniorum tamen et curiosiorem, quam adhuc proponere potuimus, Torpedinis notitiam habuisse videtur. Hanc enim indolis ac morum piscis nostri elegantissimam ac locupletissimam imaginem ille praebet.

(Plutarchi op. ed. Hutten. Vol. XIII. Tubing. 1801.

De solertia animalium c. XXVII. p. 186): „τῆς δὲ νάρκης
ἴστε δή που τὴν δύναμιν, οὐ μόνον τὸν θίγοντας αὐτῆς
ἐκπηγνύονταν, ἀλλὰ καὶ διὰ τῆς σαγήνης βαρύτητα ναρκώδη
ταῖς χερσὶ τῶν ἀντιλαμβανομένων ἐμποιοῦσαν. ἔνιοι δὲ ιστο-
ροῦσι, πεῖραν αὐτῆς ἐπιπλέον λαμβάνοντες, ἢν ἐκπέσῃ ζῶσα,
κατασκεδαννύντες ὕδωρ ἄνωθεν, αἰσθάνεσθαι τοῦ πάθους
ἀνατρέχοντος ἐπὶ τὴν χεῖρα, καὶ τὴν ἀφὴν ἀμβλύνοντος, ώς
ἔοικε, διὰ τοῦ ὕδατος τρεπομένον καὶ προπεπονθότος. ταύτης
οὖν ἔχουσα σύμφυτον αἴσθησιν, μάχεται μὲν ἐξ ἐναρτίας πρὸς
οὐδὲν, οὐδὲ διακινδυνεύει. κύκλῳ δὲ περιϊοῦσα τὸ θηρευόμενον,
ῶσπερ βέλη διασπείρει τὰς ἀπορρόas, φαρμάττοντα τὸ ὕδωρ
πρῶτον, εἶτα τὸ ζῶον διὰ τοῦ ὕδατος, μήτ' ἀμύνασθαι δν-
νάμενον, μήτε φυγεῖν, ἀλλ' ἐνισχόμενον ὕσπερ ὑπὸ δεσμῶν
καὶ πηγνύμενον.“

Quod attinet ad experimentum a Plutarcho re-
latum, memoratu haud indignum videtur, idem fere ab
experientissimo viro Carolo Matteucci recentissimis
temporibus saepius institutum hisce verbis narrari (Es-
say sur les phénomènes électriques des animaux. Paris
1840. p. 45): »Il suffit . . . de rapporter l'observation
suivante, qui est commune parmi les pêcheurs, et que
j'ai vérifiée moi-même. Lorsqu'ils soulèvent les filets,
et renversent les poissons dans la barque, ils commen-
cent par les laver en y jetant dessus de grandes mas-
ses d'eau salée. Eh bien, on s'aperçoit à l'instant qu'il
y a une Torpille, par la secousse qu'éprouve le bras
qui verse l'eau.«

§. XII.

Claudio Galeno, qui ipsum Hippocratem

plane edidicerat, non minus Torpedinem, ob virtutem virium, pernotam fuisse, facile poterit conjici; quo factum est, ut pluribus locis ejus memoriam conservaverit, et, quamvis multo plus ratiocinationi indulgens, quam experientiae favens, quin infensissimus ubique sectae empiricae adversarius, tamen primus experimentis de industria institutis aliorum observationes confirmare laboravit, id quod patet loco hocce (Claudii Galeni opera omnia. Ed. cur. C. G. Kühn. Lipsiae. Tom. XII. p. 365. De simplicium medicamentorum temperamentis ac facultatibus. L. XI. c. XLVIII.): „Περὶ νάρκης. καὶ τὴν νάρκην δὲ ὄλην, λέγω δὲ δηλονότι τὸ θαλάττιον ζῶον, ἔργασθαι ἔνιοι κεφαλαιγίας λασθαι προσφερομένην τῇ κεφαλῇ καὶ τὴν ἐξεστραμμένην ἔδραν ἐντρέπειν. ἀλλ᾽ ἐγὼ πειραθεὶς ἀμφοῖν οὐδέτερον ἐργαζομένην εὑρόν. ἐννοήσας οὖν αὐτὴν ἔτι ζῶσαν προστιθέται τινὶ κεφαλὴν ὁδνωμένῳ, δύνασθαι γὰρ ἀνώδυνον εἶναι φάρμακον, ὅμοιως τοῖς ἄλλοις ὅσα ναρκοῦ τὴν αἴσθησιν, εὗρον οὕτως ἔχειν. οἷομαι δὲ καὶ τὸν πρῶτον χρησάμενον ἐξ τινος τοιαύτης ἐπινοίας ὁμηρέντα χρῆσθαι.“

Viri autem, tot saeculis celebratissimi, ingenium, quum ad theoreticam rerum contemplationem, ut jam supra monuimus, proclivius erat, haud mirabimur, phaenomeni illius peculiaris theoriam, etsi magnopere imperfectam, ab eo esse propositam. Etenim in doctrina sua physiologica quatuor his cardinalibus superstructa proprietatis, frigido nempe, calido, humido ac sicco principio, Torpedinem, pisces frigidissimum, suam virtutem torpefacentem ex principio quodam frigorifico exercere, contendit. Quemadmodum enim summum frigus, geluque, rigidum in corpore animali producat stuporem,

sic a frigidissimo piscis contactu ac percussione idem esse derivandum. Haec erat tum temporis speciosae, quae dicebatur, theoretices ac omnis philosophiae naturalis facies, tam deformis licet ac difficilis, ultra mille tamen annos, fuso suo in scholis medicorum grata dominansque.

(L. c. Tom. VII. p. 108. De symptomatum causis. L. I. c. V.): „ἡ νάρκη δὲ καὶ καθ' ὅλον τὸ σῶμα καὶ μάλιστα πατὰ τὰ κῶλα, σύνθετος ἐκ δυσαισθησίας τε καὶ δυσκινησίας ὑπάρχοντα, φαίνεται προφανῶς μὲν ἐπὶ ψύξεσι καὶ θλίψεσι γεννωδῶν σωμάτων γιγνομένη, καὶ πρὸς τούτοις ἔτι τῆς νάρκης τοῦ θαλαττίου ζώου φανσάν των“

(L. c. Tom. IV. p. 497. De utilitate respirationis libri c. IV): „λέξω δὲ, εἰν πρότερον ὑμεῖς εἴπητέ μοι διὰ ποίαν αἰτίαν θαλάττιοι ζωγρεῖς νάρκης ἀφάμενοι ναρκῶσι. εἰ δὲ οὐδὲν λέγειν ἔχετε, τοῦτο ὅμως ἡμῖν εἰπεῖν συγχωρήσετε, τὸ τὴν δύναμιν εἶναι τοῦ ζώου ναρκωτικὴν τῶν ἀφαμένων οὗτως ἴσχυρὰν, ὥστε καὶ διὰ τοῦ πεπηγότος αὐτοῦ τριόδοντος εἰς τὰς χεῖρας τῶν ἀλιέων ὁρδίως ἀνατρέχειν τὸ πάθος. οὐκοῦν συγχωρήσετε, εἶναι τινας ἰχθύων ποιότητας καὶ δυνά μεις, ὃν αἱ μὲν νάρκην, αἱ δὲ κάρον, αἱ δὲ ψύξιν, αἱ δὲ σῆψιν, αἱ δὲ ἄλλο τι φέρουσι καπὸν, ἀέρος δὲ οὐδεμίαν συγχωρήσετε εἶναι τοιαύτην δύναμιν;“

(L. c. Tom. VIII. p. 421. De locis affectis. L. VI. c. V.): „τινὲς δ' ἡγοῦνται καὶ τῷ φαῦσαι μόνον ἐνίας τῶν οὐσιῶν ἄλλοιοῦν δύνασθαι τὰ πλησιάζοντα, μόνη τῇ πατα τὴν ποιότητα δυνάμει ταύτην γὰρ φύσιν κάπι τῶν θαλαττίων ναρκῶν ὁρᾶσθαι, δύναμιν ἴσχυρὰν οὗτως ἔχουσαν, ὃς καὶ διὰ τοῦ τῶν ἀλιέων τριόδοντος ἀναδιδομένης τῆς ἄλλοιώσεως εἰς τὴν χεῖρα, ναρκώδη παρακρῆμα πᾶσαν αὖτην γί-

γνεσθαι. τὰντά τε οὖν ικανὰ τεκμήρια τοῦ σμικρὰν οὐσίαν ἀλλοιώσεις μεγίστας ἐργάζεσθαι μόνῳ τῷ ψαῦσαι, καὶ τὸ πατὰ τὴν Ἡρακλεῖαν λίθον, ἢν καὶ μαγνῆτιν ὄνομάζονσιν, οὐχ ἥκιστα. τοῦ μὲν γὰρ ψαύσαντος αὐτῆς σιδηρίου κρεμαννυμένον χωρὶς δεσμοῦ, δεύτερον ἀλλο τοῦ ψαύσαντος ψαῦνος ὁμοίως τῷ πρώτῳ πάλιν ἐξ αὐτοῦ κρεμάννεται, κἄπειτ' ἀλλο τοίτον ἐκ τοῦ δευτέρου. "

Quae quidem Galeni animadversio argumentum offert virtutis illius praesagientis apud viros magnis ingenii dotibus praestantes tam saepe obviae, cuius vestigia apud Galenum etsi supra a nobis vituperatum haud raro inveniuntur. Etenim piscium electricorum magnetisque virtutem uno eodemque loco collocans atque vires utrorum mirificas illustrans animo veluti praesensisse videtur propinquam harum cognationem; quam nostris demum temporibus praeclarus John Davy experimentis feliciter ac naviter institutis demonstravit (1). Quod autem nobis modo in Galeni locis proponendis occurrit, Illustrissimo quoque Geoffroy-Saint-Hilaire evenisse videmus, animadvertenti, Arabis fortasse ideam cognationis illius obscuram insitam fuisse, quum fulmen Raasch, Torpedinem vero niloticam (Malapterurum scilicet electricum) Rāad appellarent, verba autem utraque ex eadem radice derivata esse viderentur (2).

Reliqua quae in medium proferemus Galeni argumenta ad internum tantum carnis Torpedinis usum spectant.

(L. c. Tom. VI. p. 737. De alimentorum facultate)

(1) Philosophical Transactions 1834. P. II.

(2) Gilbert's Annalen der Physik. XIV. p. 413.

tibus L. III. c. XXXVI): „Περὶ σελαχίων. Τραχὺ καὶ λαμπρὸν ἐν τῇ ρυκτὶ τὸ δέρμα τῶν τοιούτων ἔστι ζώων. διὸ καὶ τινες ἀπὸ τοῦ σέλας ἔχειν ὠνομάσθαι φασὶν αὐτὰ σελάχια. μαλακὴν δὲ ἐν αὐτοῖς ἔχει τὴν σάρκα νάρκη τε καὶ τρυγὼν, ὥσπερ οὖν καὶ ἡδεῖαν, ὑπιοῦσάν τε κατὰ γαστέρα μετρίως, καὶ πεπτομένην οὐ χαλεπῶς. ἄλλα καὶ τρέφει μετρίως, ὥσπερ γε καὶ τὰ ἄλλα πάντα τὰ μαλακόστρακα. ιοινὸν δὲ ἐν αὐτοῖς ἅπασίν ἔστι, πολυσαρκότερα τῶν μέσων μορίων τὰ κατὰ τὰς οὐρὰς εἶναι μάλιστα δὲ τοῦθ' ὑπάρχει ταῖς νάρκαις. ἔστιν γάρ τοι τὰ μέσα τῶν ζώων τούτοιν οἴοντερον χόνδρον τακερὸν ἐν αὐτοῖς ἔχειν. βάτοι δὲ καὶ λείοβατοι καὶ ϕῆναι, καὶ πάνθ' ὅσα τοιāντα, σκληρότερα καὶ δυσπεπτότερα καὶ τροφὴν πλείονα τῷ σώματι παρέχοντα νάρκης τε καὶ τρυγόνος ἔστι.“

Cartilaginees vero tabidae, quas Torpedinis partes medias in se ipsis habere contendit Galenus, sine dubio ipsa sunt organa electrica.

(L. c. Tom. X. p. 548. De Methodo medendi L. VIII. c. II.): „ἐφεξῆς δὲ τῶν ὄνισκων τάς τε βονγλωσσά ἔστι καὶ αἱ νάρκαι καὶ τὰν ἰχθύων ὁ λάβραξ καὶ ἡ τρίγλα κάπειτα πελάγιος κέφαλος.“

(L. c. Tom. XI. p. 373. Consilium pro puero epileptico c. V.): „ἡ νάρκη δὲ μόνη σχεδόν τι τῶν μαλακίων ἐπιτήδειος.“

Ultimum e Galeno locum liber nobis ex auctoritate J. C. G. Ackermann i (L. c. Tom. I. p. CXXXIV in historia literaria Cl. Galeni) lingua adhuc latina tantum extans offert.

(Galeni opera Basil. 1542. Fol. Tom. II. p. 145. b. De attenuante victus ratione, Martino Gregorio interprete): »Sola autem cartilagineorum Torpedo et

turtur laudantur, possisque nonnumquam, in saxatilium penuria, iis uti. Satius tamen fuerit pisces eos praeparari cum beta trita, aut albo jure, porrum prolixius miscendo, et piperis portiunculam. Dictis piscibus, viribus propinquum est buglossum, et saxatiles pisces.«

§. XIII.

Argumentorum de piscibus electricis sylvam deinde (1) nobis praebet in Deipnosophistarum libris suis *Athenaeus* ille, Aegyptius, in scriptis superiorum auctorum multo volutatus, ac incredibili in rebus futilioribus eruditione praestans. Qui quidem non solum ipse *Malapteruri electrici*, piscis Nilotici, haud dubie mentionem facit, sed etiam ex aliis scriptis locorum copiam affert uberrimam; sed magnopere dolendum, librum de caussis virtutis illius mirificae agentem, quem *Athenaeus* commemorat, temporum decursu prorsus interiisse.

(*Athenaei Deipnosophistarum Libri XV.* cur. et stud. Is. Casauboni. 1597. L. III. pag. 107.): „τό τε μαρτύριον τοῦ οὗτος διασκενασμένον ἡπατος, δίκαιος εἶ ἀπομνημονεῦσαι, προειρημένον σοι πάλαι ὅτε περὶ τῶν ὥτιων καὶ ποδῶν ἐζητοῦμεν. Ἀλεξις ἐν Κρατενᾷ ἡ Φαρμακοπώλη εἰργκε Φῆσὶ δ' οὗτος ὁ κωμικός

Ἐπειτα νάρκην ἔλαβον ἐνθυμούμενος,

Οὐδὲ γνωστὸς ἐπιφερούσης δακτύλοις

Ἀπαλοὶς ὑπ' ἀκάνθης μηδὲ ἐν τούτων παθεῖν“

(1) Ordinem invertentes chronologicum, poëtam *Oppianum*, qui ante *Athenaeum*, Marco Aurelio Antonino Commodoque imperatoribus floruit, in appendicem poëticam, quam in fine libelli invenies, relegamus.

(L. c. L. VII, p. 312): „Νειλαῖοι δέ εἰσιν ἵχθύες, εἴγε τὶ μημονεύειν δύναμαι πολυετῆ τὴν ἀποδημίαν ἔχων. Νάρκη μὲν ἡδίστη“

(L. c. p. 314): „Νάρκη. Πλάτων ἡ Κάνθαρος ἐν Συμμαχίᾳ. νάρκη γὰρ ἔφη βρῶμα χαρίεν γίνεται. — Ο δὲ φιλόσοφος Πλάτων ἐν Μένωνι φησὶ τῇ θαλαττίᾳ νάρκη. καὶ γὰρ αὐτῇ τον πλησιάζοντα ναρκᾶν ποιεῖ (1). — Ικέσιος δέ φησιν, ἀτροφωτέραν καὶ ἀχυλωτέραν αὐτὴν εἶναι, ἔχειν τε χονδρωδές τι διακεχυμένον εὐστόμαχον πάνν. — Θέοφραστος δὲ ἐν τῷ περὶ τῶν φωλευόντων διὰ τὸ ψύχος, φησὶ τὴν νάρκην κατὰ γῆς δύεσθαι. ἐν δὲ τῷ περὶ τῶν δακετῶν καὶ βλητικῶν, διαπέμπεσθαι φησὶ τὴν νάρκην τὴν ἀπ' αὐτῆς δύναμιν, καὶ διὰ τῶν ξύλων, καὶ διὰ τῶν τριόδων ποιούσαν ναρκᾶν τοὺς ἐν χεροῖν ἔχοντας. — Εἰρηκε δὲ τὴν αἵτιαν Κλέαρχος ὁ Σολεὸς ἐν τῷ περὶ νάρκης. ἅπερ μακρότερα ὄντα ἐπιλέλησμαι, ὑμᾶς δὲ ἐπὶ τὸ σύγγραμμα ἀναπέμπω. — Εστι δὲ νάρκη, ὡς φησιν Ἀριστοτέλης, τῶν σελαχωδῶν καὶ τῶν σκυμροτοκούντων (2). Θηρεύει δὲ εἰς τροφὴν ἑαυτῆς τὰ ἵχθύδια προσαπτομένη, καὶ ναρκᾶν καὶ ἀκινητίζειν ποιοῦσα (3). — Δίφιλος δός Λαοδικεὸς ἐν τῷ περὶ τῶν Νικάνδρον θηριακῶν, μὴ πᾶν τὸ ζώον φησι νάρκαν ἐμποιεῖν, μέρος δέ τι αὐτῆς διὰ πείρας πολλῆς φάσκων ἐληλυθέναι. — Ο δὲ Ἀρχέστρωτος φησὶ:

καὶ νάρκην ἔφθην ἐν ἐλαίῳ ἥδε καὶ οἴνῳ,
καὶ χλόῃ καὶ ὥδει, καὶ βαιῷ ξύσματι τυροῦ. —

Ἀλεξις ἐν Γαλατείᾳ:

(1) Conf. supra p. 6.

(2) Conf. supra p. 8, 9.

(3) Conf. supra p. 9.

*Nάρκην μὲν οὐρ, ὡς φασιν, ὥνθυλενμένην,
Ὀπτᾶν ὅλην.*

'Ev δὲ Αημητρόιω: (Sequitur locus quem jam supra attulimus). — Quorum argumentorum longe gravissimum haud dubie illud est quo Athenaeus refert Diphilum Laodicensem annotavisse: non totum Torpedinis corpus torpore afficere, sed certam quandam ejus partem, experientiaque se multa id cognovisse.

§. XIV.

Claudius Aelianus Praenestensis, tanquam historiarum scriptor animalium, plura praestare et exactiores nobis relinquere debuisset descriptiones et observationes de hoc etiam pisce nostro, quam aliis quicunque; sed magnopere hic fallimur. Sufficit ipsi pauculas vulgaresque narratiunculas in unum veluti corpus congregare, et ejusmodi quoque his adjungere, quae, ab omni probabilitate nimis abhorrentia, confutationem quam omnino non mereantur. Mira profecto res est, et prorsus non expectata, hos duumviro, Plinium atque Aelianum, professo studio rerum historias naturalium condentes, ex omnibus fere veteribus, mutila maxime, manca, saepeque fabulosa, de hoc pisce nostro compilare potuisse.

(Aeliani de natura animalium libri XVII. Ed. Jacobs. Jenae 1832).

I. De Torpedinis in systemate animalium collocatione deque ejus forma externa.

(L. c. Tom I. p. 261. L. XI. c. XXXVII): „*καλεῖται δὲ σελάχια, ὅσα οὐκ ἔχει λεπίδας· εἶτε δὲν μύραινα, γόγγρος, νάρκη, τρυγών, βοῦς, γαλεός.*“ . . .

(L. c. p. 277. L. XII. c. XXVII): „*τὸ δὲ ἄλλο*

σῶμα (sc. τοῦ πιθήκου τῆς θαλάττης τῆς ἐρυθρῆς) πλατὺς κατὰ σχῆμα τὸ τῆς νάρκης, ως εἰπεῖν ὅρνιν εἶναι τὰς πτέρυγας ἀπλώσαντα καὶ νηχόμενός γε ἔοικε πετωμένῳ.“

II. De virtute ejus electrica.

(L. c. p. 17. L. I. c. XXXVI): „Οἱ χθὲς ἡ νάρκη, ὅτου ὁν καὶ προσάψηται τὸ ἐξ αὐτῆς ὄνομα ἔδωκέ τε καὶ ναρκᾶν ἐποίησεν.“

(L. c. p. 200. L. IX. c. XIV): „Εἴ τις προσάψαιτο νάρκης, ὅτι τὸ ἐκ τοῦ ονόματος πάθος τὴν χεῖρα αὐτοῦ καταλαμβάνει, τοῦτο καὶ παιδάριον ὃν ἥκουσα τῆς μητρὸς λεγούσης πολλάκις. Σοφῶν δὲ ἀνδρῶν ἐπυθόμην, ὅτι καὶ τοῦ δικτύου, ἐν φῷ θηράται καὶ ἔτι ἐστίν, εἴ τις προσάψαιτο, ναρκῆ πάντως. Εἰ δέ τις εἰς σκεῦος αὐτὴν ἐμβάλλοι ζῶσαν, καὶ ἐπιχέοι θαλαττίου ὕδατος, ἐὰν ἐγκύμων ἦ καὶ ὁ καιρὸς τῆς ὠδῖνος ἀφίκηται, τίκτει καὶ ἐν τῷ σκεύει τό τε ὕδωρ εἴ τις καταχέει χειρὶ ἀνθρώπου ἢ ποδί, ναρκᾶν τὴν χεῖρα ἢ τὸν πόδα ἀνάγκη.“

IV. Quomodo capiatur Torpedo, idque sine nassis, hamis et retibus.

(L. c. p. 309. L. XIV. c. III.): „Ἄλισκεται δὲ ἄρα ἡχθὺς καὶ ἀνευ κύρτων καὶ ἀγκίστρων καὶ δικτύων, τὸν τρόπον τοῦτον. κόλποι θαλάττης πολλοὶ τελευτῶσιν ἐς τενάγη τινά, καὶ ἔστι ταῦτα ἐπιβατά. Ὅταν οὖν ἡ γαλήνη καὶ εἰρήνη πνευμάτων, οἱ τεχνῖται τῶν ἀλιέων ἀγούσι πολλοὺς ἐνταῦθα, εἴτα αὐτοὺς προστάττοντι βαδίζειν καὶ πατεῖν τὴν ψάμμον, ώς ὅτι μάλιστα ἐπερείδοντας τὸ πέλμα ἴσχυρῶς εἴτα ἵγη καταλείπεται βαθέα, ἀπερ οὖν ἐὰν φυλακθῇ, καὶ μή ποτε συμπεσοῦσα ἡ ψάμμος συγχέῃ αὐτὰ, μηδὲ ἐνταρακθῇ ὑπὸ πνεύματος τὸ ὕδωρ, ὀλίγον διαλείποντιν οἱ ἀλιεῖς, καὶ ἐμβάντες καταλαμβάνοντιν ἐν τοῖς καλώμασι τῶν βημάτων καὶ

τοῖς ἵγμεσι τὸν ἰχθῦς τὸν πλατεῖς εὐναζομένον, ψῆττας τε καὶ φόμβους, καὶ στρονθοὺς καὶ νάρκας καὶ τὰ τοιαῦτα.“

V. Fabulosa quaedam de Torpedine.

(L. c. p. 306. L. XIII. c. XXVII): „Μειράκιον γε μὴν δεομένον ἐπὶ μήκιστον τριχῶν ἀπορίας τῶν ἐπὶ τοῦ γενείου, αἷμά τι ἐπιχρισθὲν θύννον ἀωρόλειον τὸ μειράκιον ἐνεργάζεται. Λορᾶ δὲ ἄρα καὶ νάρκη καὶ πνεύμων τὸ αὐτό· ἐν ὅξει γὰρ διασπαπεῖσαι αἱ τούτων σάρκες καὶ ἐπιχρισθεῖσαι τοῖς γενείοις φυγὴν τριχῶν ἐνεργάζονται, φησί.“

(L. c. p. 113. L. V. c. XXXVII): „Εἰ κατέχοι τις ὅπὸν κυρηναῖον, καὶ λάβοι τὸ τῆς νάρκης, ἔντανθα δήπον τὸ ἔξ αὐτῆς πάθος ἐκπέφενγεν.“

Notatu vero hoc praesertim dignissimum habendum est, si quis liquorem Cyrenaicum, ὅπὸν κυρηναῖον, teneat et Torpedinem apprehendat, nihil illum ab ea passurum esse. Liquor hic Cyrenaicus, auctoribus Theophrasto, Dioscoride, Galeno, Athenaeo, aliis, jucundissimus omnium atque calidissimus est: ex Laserpitio, Graecorum Sylphio, paratus; quae planta apud Cyrenam rara atque pretiosa fuit. Quae quidem superstitione in memoriam nobis vocat eam, quam clarissimus de Humboldt in itineris descriptione disertissima, de piscibus electricis verba faciens, enarrat (Receuil d'observations de zoologie et d'anatomie comparée. p. 54): »La crainte du bas peuple est d'autant plus extraordinaire dans ces contrées, qu'il prétend que l'on touche le Gymnote impunément lorsqu'on a du tabac dans la bouche.«

APPENDIX POETICA.

Quum jam e philosophis, naturae scrutatoribus, historiae scriptoribus, artis coquinariae praceptoribus, medicis, beneficis, aliis, argumenta de piscibus electricis in medium protulerimus, haud mirum videbitur, poëtas quoque veteres in numero illorum, qui de materia hac verba fecerunt, neque ultimo quidem loco, recipiendos esse. Inter quos tamen Lucretius, qui de rerum natura tam acri ingenio, tantaque cum elegantia, perpetuo carmine disseruit, virtutem piscis nostri stupefacentem, quamvis pervulgatam, non commemoravit; id quod admirari certe non satis possumus. Quum vero, labante jam divinae antiquitatis ingenio, ars poëtica uberrimam rerum copiam, quam fabulae atque historiae illi praebebant, faece tenus, ut ita dicam, exantlasset, quumque ad leviores materies sese convertisset, *Torpedo* quoque in poëticos honores vocata carminibusque a poëtis variis celebrata est.

§. XV.

Inter quos primum locum tenet *Oppianus*, qui Caracalla Imperatore floruit, ab eodemque, pro uno quolibet versu carminis sui de piscatu statere aureo donatus est, ipso hoc in carmine scitam ac concinnam piscis nostri delineationem ac picturam, non sine ingenio, veritatisque pedissequus, tentare adgressus. Evidem memoratu dignum videtur, eum acceptas a natura dotes ac vires non modo depinxisse, sed primum partes etiam designavisse, in quibus tum mirabilis virtus resideat. Dicit has partes *λαγόνες*, latera, ex quibus piscis certa quaedam effluvia, substantias, alios in pisces ejaculari

solet. Has κερκίδες vocat, sed obscura nobis est hujus vocis notio. Omnes pisces, infestos sibi invicem, hostes natare, aliis alios armis, viribus, venenis quoque induitos ac nocentes, ubi poëta praemisit, atque sic viam veluti ad reliqua sibi stravit, nunc de Torpedine inermis canit. (Oppiani, poëtae Cilicis, opera cur. J. G. Schneider. Argentor. 1776. p. 91. De piscatione L. II. v. 56 — 85):

„Οἶον καὶ νάρκη τερενόχροοι φάρμακον ἀλκῆς
 Ἐσπεται αὐτοδίδακτον ἐν οἰκείοισι μέλεσσιν.
 Ἡ μὲν γὰρ μαλακή τε δέμας καὶ πᾶσ' ἀμενηνή
 νωδής τε βραδυτῆτι βαρύνεται, οὐδέ κε φαίης
 νηκομένην ὅράαν· μάλα γὰρ δύσφραστα κέλευθα
 εἶλεῖται, πολιοῦ δι' ὑδατος ἔρπυζουσα.
 ἄλλα οἱ ἐν λαγόνεσσιν ἀναλκείης δόλος ἀλκή·
 κερκίδες ἐμπεφύασι παρὰ πλευρῆς ἐκάτερδεν
 ἀμφίδυμοι, τῶν εἴ τις ἐπιψαύσειε πελάσσας,
 αὐτίκα οἱ μελέων σθένος ἔσβεσεν, ἐν δὲ οἱ αἷμα
 πηγνυται, οὐδὲ εἴτι γυῖα φέρειν δύνατ', ἄλλα οἱ ἀλκή
 ἥκα μαραινομένοιο παρίεται ἄφρονι νάρκη.
 ἦ δ' εὗ γινώσκουσα θεοῦ γέρας οἶον ἔδεκτο
 ὑπτιον ἀγκλίνασα μένει δέμας ἐν ψαμάδοισι·
 κεῖται δ' αστεμφῆς οἴα νέκυς· ὃς δὲ κεν ἵχδυς
 ἐγχρίμψῃ λαγόνεσσιν, ὁ μὲν λύτο, κάπκεσε δ' αὔτως
 ἀδρανίης βαδὺν ὑπνον ἀμηχανίησι πεδηδείς·
 ἦ δὲ θωῆς ἀνόρουσε, καὶ οὐ κραιπνή περ ἐοῦσα,
 γηδοσύνη, ζωὸν δὲ κατεσθίει ἵσα θανόντι.
 πολλάκι καὶ κατὰ λαῖτμα μετ' ἵχδυσιν ἀντήσασα
 νηκομένοις, κραιπνήν μὲν ἐπειγομένων σβέσεν δρμῆν
 ἐγγύς ἐπιψαύσασα, καὶ ἐσσυμένους ἐπέδησεν.
 ἔσταν δ' αὐταλέοι καὶ ἀμήχανοι, οὔτε κελεύθων,
 δύσμοροι, οὔτε φυγῆς μεμνημένοι· ἦ δὲ μένουσα
 οὐδὲν ἀμυνομένους καταδαίνυται, οὐδέ αἰοντας.

οῖον δ' ὁρφναίοισιν ἐν εἰδώλοισιν ὄνειρων
ἀνδρὸς ἀτυχομένοιο καὶ ιερένοιο φέβεσθαι
θρώσκει μὲν κραδίη, τὰ δὲ γουνάτα παλλομένοιο
ἀστεμφῆς ἀπε δεσμὸς ἐπειγομένοιο βαρύνει
τοῖην γυνοπέδην τεχνάζεται ἵχθυσι ναὶ οὐκ η.*

§. XVI.

Finem denique huic dissertatiunculae imponant duo poëtae, **Claudius Claudianus** et **Immanuel Philes**, quorum alter, quamvis aetati aeneae literarum antiquitatis adscribendus, tempore etiam meliori gloriam haud parvam sibi parasset, alter vero, Philes, ex auctoritate Wernsdörfii (*Man. Philae carm. Graeca cur. G. Wensdorpii. Lips. 1768. Praefatio. §. VII*) ineunte saeculo **XIV.** sub **Andronicis Palaeologis** florens, sordidusque **Joannis Cantacuzeni**, Magni Domestici officium tunc temporis administrantis, adulator, jambos non minus forma quam (nostratum scilicet sensu) politicos conscripsit.

I.

Claudii Claudiani de Torpedine poëma.

(*Cl. Claud. ex ed. Bipont. nov. ed. Paris. 1829*).

p. 416. *Eidyllium III*):

»Quis non indomitam dirae Torpedinis artem
Audiit, et merito signatas nomine vires?
Illa quidem mollis, segnique obnoxia tractu
Reptat, et attritis vix languida serpit arenis.
Sed latus armavit gelido natura veneno;
Et frigus, quo cuncta rigent animata, medullis
Miscuit, et proprias hyemes per viscera duxit.

Naturam juvat ipsa dolis, et conscientia sortis
 Utitur ingenio, longeque extenta per algas
 Hac confusa jacet, successu laeta resurgit,
 Et vivos impune ferox depascitur artus.

Si quando vestita cibis incautior aera
 Hauserit, et curvis fraenari senserit hamis;
 Non fugit, aut vano conatur vellere morsu:
 Sed proprius nigrae jungit se callida setae,
Et meminit captiva sui, longeque per undas
 Pigra venenatis effundit flamina venis.

Per setam vis alta meat, fluctusque relinquit
 Absentem tentura virum: metuendus ab imis
 Emicat horror aquis, et pendula fila secutus
 Transit arundineos arcano frigore nodos,
 Victricemque ligat concreto sanguine dextram.

Damnosum piscator onus, praedamque rebellem
 Jactat, et amissa redit exarmatus avena.“

II.

(Man. Philae carm. cur. G. Wernsdorfii. Lips.
 1768. p. 218. Carm. in Joann. Cantacuzenum v. 812):

„Ἐχει δὲ καὶ σύναρσιν ἵππηλασίας,
 Ὁταν ὁ λαμπρὸς τοῦτον ἀγὼν ὄπλισῃ.
 Ἡ γεὶρ μὲν αὐτῷ δυσγενοῦς κρείσσων τρόμου,
 Πόδες δὲ χαννότητι λεπτοὶ καὶ κλόνῳ
 Τῶν κλιμάτων ψαύοντες, ὡς νάρκης, μόγις.“

(Phile de animalium proprietate rest. a J. Corn.
 de Pauw. Traj. ad Rhen. 1730. p. 138. XXXV. De
 Torpedine et aliis quibusdam itemque de leonibus plura):

„Ναρκᾶ μὲν οὖν ἀνθρωπος οὐκ ὄντος ψύχους,
 Νάρκην τὸν ἰχθῦν εἴπερ εἰς χεῖρας λάβοι.“

V I T A.

Natus sum Aemilius Henricus du Bois Berolini die VII. ante Idus Novembris anni MDCCCXVIII patre Felice Henrico du Bois, ortu Neocomensi, regi a consiliis rerum publicarum administrandarum intimis, matre Guilelma e gente Henry, quos hucusque Deus Optimus Maximus vivos salvosque mihi asservavit. Confessioni evangelicae addictus sum. Primis literarum elementis, quae ad altiora studia viam muniunt, imbutus, Gymnasium Regium Franco-Gallicum Berolinense, tunc temporis sub Cel. Palmié florens, adii. Quum vero paullis annis post pater, praematuram amatissimi filii natu minoris mortem lugens, ut valetudinem tanto ictu labe-factatam restitueret, in patriam proficiseretur, in itinere socius, per annum integrum Gymnasium Novicastrense frequentavi. Anno MDCCCXXXII ex itinere redux Gymnasium Regium Franco - Gallicum Berolinense, Cel. Palmié tunc rectoris munere summa cum gloria adhuc fun-gente, iterum adii, idque usque ad annum MDCCCXXXVII frequentavi. Vernali autem tempore maturitatis testimo-nio instructus, a viro Ill. Heffter, illo tempore rectore magnifico, inter cives academicos almae Fridericae Guilelmae Berolinensis receptus sum et a viro Ill. Lachmann, illo tempore philosophorum ordinis decano maxime spectabili, philosophiae studiosis adscriptus sum. Primo vero semestri his interfui preelectionibus: Ill. Neander de historia ecclesiastica; Ill. Steffens de psy-chologia; Ill. Mitscherlich de chemia experimentali. Secundo semestri, hisce: Ill. Steffens de anthropolo-gia; Ill. Mitscherlich de chemia experimentali; Ill. Magnus de physice experimentali. — Tum, tempore vernali, Berolinum relinquens Bonnam me contuli ibi-que a viro Ill. Welcker, illo tempore rectore magnifico, civibus academicis almae Fridericae Guilelmae Rhenanae, et a viro Ill. Freitag, ordinis philosophorum illo tempore decano maxime spectabili, studiosis philo-sophiae adscriptus, per semestre aestivum has scholas adii: Ill. Fichte de anthropologia atque psychologia; Ill. Treviranus de re botanica; Ill. Noeggerath de geognosi; ejusd. de geologia; ejusd. de mineralogia. Autumno vero anni MDCCCXXXVIII ex itinere re-dux, a viro Ill. J. Mueller, tunc temporis rectore ma-

gnifico, inter cives academicos almae Fridericae Guilelmae Berolinensis iterum receptus et a viro Ill. Gabler, tunc temporis ordinis philosophorum decano maxime spectabili, studiosis philosophiae adscriptus sum, perque duo alia semestria his interfui lectionibus: Ill. Steiner de methodis syntheticis; Ill. Werder de logice atque metaphysicis; Ill. Ritter de geographia universalis; Ill. Dove de meteorologia; ejusd. de physice; Ill. Kunth de re botanica; Ill. Mitscherlich de phytochemia; Ill. C. G. Mitscherlich de materie medica. Praeterlapso semestri aestivo anni MDCCCXXXIX, a philosophorum ad medicorum facultatem transii, atque per sex semestria his lectionibusadfui: Ill. Mueller de anatomia speciali, ejusd. de anatomia organorum sensuum; ejusd. de physiologia; ejusd. de anatomia comparata; Ill. Lichtenstein de zoologia; Ill. Ehrenberg de physiologia comparata subtiliori infusoriorum; Ill. Henle de anatomia generali; Ill. Hecker de historia artis medicorum; Exp. Reichert de evolutione animalium vertebratorum. In arte cadavera rite resecandi duces mihi fuere Ill. Mueller et Schlemm. Operationes ophthalmiatricas me docuit Exp. Angelstein, et ad artem fascias rite applicandi Cel. Troschel me instituit. Exercitaciones clinicas medicas, chirurgicas, ophthalmiatricas, obstetricias frequentavi virorum Ill. et Cel. Wolff, Romberg, Dieffenbach, Juengken, Busch, Truestedt.

Quibus omnibus viris optime de me meritis, summas ago gratias.

Jam vero tentaminibus atque examine rigoroso rite superatis, spero fore, ut dissertatione ac thesibus publice defensis, summi in medicina et chirurgia honores in me conferantur.

T H E S E S.

1. Alokogenesis in ovorum evolutione observata eo consistit, quod cellulae cellulis involutae cellularum involventium interitu enudantur.
2. In natura neque anorganica, neque organica, vires exstant, quarum ultimae componentes non sint aut attrahentes, aut repellentes.
3. Pneumonia crouposa, eo quem Rokitansky vult sensu, non exstat.
4. Multa valetudini generis humani damna bellis inferuntur.